

Corso multimediale di letteratura e lingua latina

e-Lectio VI



18/04/2020
Ante diem XIV kalendas Maias
(sive) XIV kal. Mai.

Osservazioni sul *capitulum IX*

Pag. 64, 15

In Italiā sunt multī pāstōrēs. Quī viā Appiā Rōmā Brundisium it multōs pāstōrēs videt in campīs.

- Notare il valore del pronome *qui*

Ibidem, 32, 40, 46, 60, 74, 78, 80.

Pāstor umbram petit. Etiam ovēs umbram petunt...

Ovis nigra ovēs albās relinquit et rivum petit

Pāstor et canis ovēs albās relinquunt et silvam petunt.

Lupus in silvā cibum quaerit, dum pāstor et canis ovem nigram quaerunt.

... quaere ovem... repēri eam!

Lupus collum ovis petit dentibus

Pete lupum!

Lupus autem ovem relinquit et montēs petit.

Note di grammatica latina *(uide pag. LXVII)*

- Notare la mancanza del vocativo negli schemi grammaticali
- Gli schemi grammaticali
- La ricerca del nominativo di un nome della terza declinazione può essere facile
 - A volte il nominativo è uguale al genitivo
 - A volte il tema è uguale al nominativo
- La ricerca del nominativo di un nome della terza declinazione può essere più complessa, ma segue due principii
 - I nomi m. e f. possono essere sigmatici (terminare in -s)
 - I nomi neutri possono avere il nominativo = al tema

Hermeneumata Pseudodositheana

- *Si vis, veni mecum.*
- *Ubi?*
- *Ad amicum nostrum Lucium.*
- *Visitemus <eum>.*
- *Quid enim habet?*
- *Aegrotat.*
- *A quando?*
- *Intra paucos dies incurrit.*
- *Ubi manet?*
- *Non longe.*
- *Sis ambula. Haec est, puto, domus eius ; haec est. Ecce ostiarius. Interroga illum, si possumus intrare et videre dominum eius.*

Un latino particolare

- *Et ille dixit: «Quem quaeritis?»*
- *«Dominum tuum. De salute eius venimus».*
- *Ascendite.*
- *Quot scalas?*
- *Duas. Ad dexteram pulsate, si tamen venit; processerat enim.*
- *Pulsemus. Vide, quis est.*
- *Avete omnes.*
- *Dominum tuum volumus visitare.*
- *Si vigilat, nuntia me.*
- *Et ille dixit: Non est hic.*
- *Quid narras? sed ubi est?*
- *Illuc descendit ad laurentum deambulare.*
- *Gratulamur illi. Cum venerit, dices illi nos ad ipsum gratulantes venisse ad salutem eius, quia omnia recte habent.*
- *Sic faciam.*

Ex libro Cornelii Nepotis De Latinis historicis

M. CATO, ortus municipio Tusculo adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. Inde hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna censorius narrare solitus est, Romam demigravit in foroque esse coepit.

Primum stipendium meruit annorum decem septemque. Q. Fabio M. Claudio consulibus tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique opera eius existimata est in proelio apud Senam, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis.

Quaestor obtigit P. Africano consuli; cum quo non pro sortis necessitudine vixit: namque ab eo perpetua dissensit vita.

Aedilis plebi factus est cum C. Helvio. Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua, quaestor superiore tempore ex Africa decedens, Q. Ennium poetam deduxerat; quod non minoris aestimamus quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

Da gioiello poetico a luogo comune

*Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios
temptaris numeros. Ut melius, quidquid erit, pati.
Seu pluris hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum: sapias, vina liques, et spatio brevi
spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
aetas: carpe diem quam minimum credula postero.*

- La situazione poetica
- Qualche indicazione grammaticale
- Osservazioni sul lessico
- Osservazioni retoriche

Prossime lezioni

Sabato 25 aprile

Sabato 2, 9 e 16 maggio

Ore 10.00

Materiali su

weschool